In favorem ville de Nulles
Contra
Ducem Gandie et Comitem
Olive

Syndicus ville de Nulles supplicatione per eum oblata
die 23. mensis July 1604. supplicavit et petyt quod dux
don Carolus ut possessor Comitatus et Status Olive condem
naretur ad solvendum reddituts annuos omnium
censuum in quibus dicta Villa obligata contempla
batur et quorum obligatio suorum predecessorum
intuitu facta extitisset et restituendum nomine
prefato pensiones per dictam Villam solutas simul
cum sumptibus et expensis prout in dicta supplica
tione latius est videre et hoc continuando possessio
nem pacificam de eis solvendis in qua versabatur
iuxta relationem factam per don Josephum Valles
ut administratorem iam dicti Status et Comitatus sup
plicatione per ipsum oblata die 27. mensis Janu
ary 1594. et provisiones regias ex ea subsequutas
et signanter ultimam publicatam per Franciscum
Paulum Alrenis regy mandati scribam die 16. fe
bruary 1596. qua extitit provisum quod dictus admi
nistrator censualia memorata in dicta supplicatione
solveret prestita cautione de restituendis quanti
tatibus quarum solutio ad d. Villam pertineret

Arxiu Històric Nules

que cautio legittime fuit oblata supplicatione
per hanc partem posita undecimo mensis decembris
1604. et admissa provisione facta per hanc Regiam
Audientiam 23 die preditorum mensis et Anni
licet fuit impugnata per franciscum bartolomeum
simanques notarium nomine quo remissione per
ipsum petita. Semmadumcomis casus supplicatione
de viribus iam dicte Instantie et de admissione
vel repulsa iam dicte Cautionis pertractandum
duco.

Respectu autem dicte instantie ipsam esse subta
rationique consonam existimo cum dictus comes
sit dicti Comitatus possessor et eo nomine teneatur
ad continuandam possessionem predecessorum suo
rum in Soluendo annuo reddita censuum memora
torum in dicta supplicatione cum confessione dicti
administratoris tum etiam relatione facta per
petrum Godes notarium in processu continuata à
quibus dictus comes recedere non potest non solum
quia in censualium antiquissimo libro censualia
nostra reperiuntur continuata verum etiam quia per
pars Confessione dicti administratoris habet fundatam
suam intentionem iuxta tradita per Mascar. conclu.
370. nu.º 2. vol. 1. Rom. con. 389. nu.º 3. eo maxime in
dicta confessio roborata cerebat relatione iam dicta
petri Godes et approbatione Iam dicti ducis predecessorum
qui profitentes talemmet Soluendi dicta censualia esse
reale dicti comitatus ipsa persolverunt

Nec obstabit dicere prefatum ducem ad supplicatam prestationem

dicti annui redditus non teneri ex quo ipse nequa
quam contraxit cum creditoribus dictorum censuum
nec dictum Comitatum speciali nec generali hipothece
amplexu obligavit et quod non subrogati obligatis in dictis
Censualibus. Nam respondetur indubitanter ipsum
teneri patet evidenter supposito prius in facto quod
ex regia sententia publicata per franciscum Paulum
Alrens regij mandati Scribam 26 mensis July 1594.
resultat dictum comitatum liberum pervenisse don
francisco à Sentelles tertio comite ex dispositione tes
tamentaria Iam dicti primi institutoris et in persona
don Petri à Centelles defecisse vinculo et substi
tutiones formatas et positas in capitulis matrimonia
libus firmatis inter don Serafinum à Sentelles
tunc olim Comitem et preditam don franciscum ex
una et don fernandum Raymundum folch et dom
nam franciscam Manrique coniuges duces Car
done et domnam Mariam illorum filiam ex alia
receptis per Cosmam damianum Maig et Mateum
Ros nots. die 9. mensis decembris 1525. ratione matri
monij iam memorati don francisci à Centelles tertij co
mitis cum domna Maria de Cardona tunc contrahendi
iam dictoque don Petro iure legittimo successionis ab intes
tato successisse domnam Magdalenam Centelles duci
sam Gandie et eius Sorores qui don Petri Centelles
fratri ultimo dicti comitatus possessori supervixerunt
unde est quod cum Iam dictus dux earum personam
representet consequens erit ipsum teneri quia est suc
cessor et habet causam à don francisco tertio comite qui
dictum contractum censualis firmavit ad solvendam

Arxiu Històric Nules

dotem nobilis domine Magdalene de proxita vxo
ris don Serafini comitis olim et in quo iam dicto
don francisco bona libera devenerunt ex iam dicta
dispositione testamentaria et cui licet bona sub res
titutionis suggetita tenebatur ad soluendam predicta
dotem de bonis vinculatis Authen. resque vbi dd.
C. communia de leg. maxime cum versemur in fidei
commisso ascendenti Molina de Hispanor. primog.
lib. 4. c. 6. n.o 4. 5. 21. et 23. non habito respectu
ad dicta Authen.a procedat in dote constituenda
vel restituenda cum verior et communior opinio
sit vtrumque casum comprehendere vt tenuerunt
Bar. Bal. et Salicet. in d. auth. resque Craneta
con. 291. Angel. con. 61. Alex. con. 67. lib. 4. Rubeg
con. 78. Roma. con. 232. Rolandus con. 85. vol.
1. late Pascasius sanlis in tractatu de alien. reb.
fideicom. subiec. 2. p.te n.o 58. et 76. cum sequen
tibus et nouissime Ludou. de Cassanate con. 54.
n.o 19. —

Nec his parti obesse posse dicendum erit quod vltimo
loco per iam dictum ducem fuit deductum nempe
ad existe bona libera dicti don Serafini cum quibus
dictus don franciscus dotis solutionem facere poterat
quia hec probatio quod extabant bona libera
pertinet ad ipsum ducem Curtius Senior con. 27.
n.o 17. Craneta con. 19. n.o 18. Curt. Iunior
in d. auth. resque n.o 50. l. cum de lege vbi glos.
ff. de proba. et in terminis tradit Decius con. 519.
n.o 7. l. ei qui dicit ff. de probat. Peregri. in tract.

de fideicom. art.o 42. n.o 73. decis. Pisane
decis. 31. n.o 272. —

Et ad tollendam illam difficultatem an restitutio
dotis de bonis fideicommi. fieri permittat siue
filius vxorem duxerit in vita patris fideicom.
siue etiam post illius mortem post instituti
fideicommi. resultantem ex radicis per texto.
in Auth.a resque sub n.o 28. et con. 231. n.o
4. vol. 2. Ruy. con. 123. n.o 13. et con. 137.
n.o 18. vol. 2. Parisi. con. 52. n.o 34. Alciat.
con. 96. lib. 9. et Rym. Inn. con. 23. n.o 325.
Peregri. in tractatu de fideicom. art.o 42. n.o
81. extitit facta fides in processu de capitulis
matrimonialibus factis et firmatis per don Se
rafinum a Centelles cum domina Magdalena
de proxita in quibus principalis obligatus reperit.
don franciscus a Centelles primus olim comes et sub
titutor cuius habet causam dictus dux per medias
personas memoratas in dicta regia sententia Vnde
indubitanter affirmare possumus dictum ducem
teneri ad preditam solutionem tam rationi
bus ante dictis et aliis resultantibus ex processu
quam et etiam quia in hoc vtiliter gessit negotium
possessorum dicti comitatus iam dicta villa
et ita in eius fauorem fore et esse declaran
dum arbitramur salua dominorum de consilio
censura et correctione

Linar.

Arxiu Històric Nules

sobra pensions de
censal.

Arxiu Històric Nules